

Sammelband von Dina



U. g. 1975

DISPUTATIO XI.

Libri III. Institution.

DE OBLIGATI-
ONIBVS, QVÆ EX
Q. CONTRACTV
NASCVNTVR.

Q V A M

DIVINI NUMINIS AVSPICIO

PRÆSIDENTE

Nobilissimo, Excellentissimo viro

D. ARNOLDO DE REYGER

ICto PRAESTANTISSIMO, P. FF. P.

in celeberrima Salanâ Academia dignissimo,

præceptore omni observantiâ co-
lendo,

*Exercitii gratia proponit, proq̄ ingenii vili-
tate propugnare studebit hora lo-
coq̄ solitis*

Ad diem 12. Aprilis

IOANNES PAVLVS ROTH.

I E N A E

Ex typographéo Tobiaë Steinmanni.

Anno c1o 1o XCV.

DISSEMINATION
OF THE
RESULTS OF THE
RESEARCH
CONDUCTED BY
THE
COMMISSION
ON THE
MATTERS
OF THE
COURT OF
APPEALS
IN
THE
CASE OF
THE
REVENUE
OFFICERS
IN
THE
PROVINCE
OF
SAXONY
AND
THURINGIA
IN
THE
YEAR
1850
BY
THE
COMMISSIONERS
OF
THE
COURT OF
APPEALS
IN
DRESDEN
PUBLISHED
BY
THE
KING'S
PRINTING OFFICE
IN
DRESDEN
1851





DISPUTATIO

DE OBLIGATIONIBVS,

quæ ex q. contractu nascuntur ex lib.

3. Institut. tit. 28.

CONTINUATIO.

Post genera contractuum enumerata dispiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non proprie nasci ex contractu intelliguntur. Sed tamen quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

In pr. Inst. de obligat. quæ ex q. contract.

PROPOSITIO I.



OBLIGATIO QUASI EX CONTRACTU est, qua ex unius solius facto cum ipse, tum alter tacite obligatur: quia eo animo uterq; fuisse iudicatur.

Vide Horoman. in pr. inst. cod.

II.

Sunt autem huius contractus species quinque potissimum: Simplex Negociorum gestio: Tutela: Communio rerum: aditio hereditatis: & solutio indebiti.

Tot. tit. Inst. de negoci. gest. Schneid. d. t. n. 1. VVes. parat. nu. 1. negoci. gest. Alth. in distrib. iur. civil. lib. 1. c. 43. Borcholt. super Inst. h. r. in pr.

III.

Varia est & multiplex huius vocabuli GERERE significatio a: hic tamen pro administratione rerum verius accipitur b.

a l. 19.

a l. 19. ff. de V. S. l. 2. ff. de curat. bon. dand. b Mynsing. Inst. h. t. n. 4. Et quidem factum & gestum pro eodem ponuntur l. 56. ff. de V. S. ubi Prat. in suo Lex. Vves. in par. h. t. n. 7.

IV.

Contractus negotiorum gestorum est a: quando quis alterius absentis & ignorantis b, negocia sponte gerenda suscipit.

a l. 2. & 1. t. ff. & C. de negoc. gest. Paul. sent. lib. I. c. 4. l. 5. in pr. ff. de O. & A. §. I. Inst. hic. b Nam si sciat, mandatum potius, quam negotiorum gestio esse intelligitur. l. si remunerandi §. 2. l. qui patitur 18. ff. mandati l. si fideiussor §. C. d. t. l. I. §. 5. ff. de exercit. act. l. 1. §. fin. ff. de fluminib.

V.

Isque, qui absentis negocia sine mandatu gerit, absentem sibi obligat: Et contra absens, cuius negocia sine mandatu geruntur, obligat sibi eum, qui ipsius negocia gerit.

d. l. 5. de O. & A. Borch. ad §. I. Inst. h. t.

VI.

Ex hac postmodum obligatione mutua, duplex oritur actio a: Directa scilicet & contraria: quarum hæc domino b negotiorum: illa gestori datur, idque utilitatis causa c.

a l. si quis 2. ff. h. t. §. 1. Instit. de obligat. que ex q. contr. nasc. Mynsing. & Schneid. hic n. 5. & 6. eod. tit. b Et hac que domino conceditur, ideo directa dicitur, quia est principalis l. in commod. §. I. ff. commod. l. 5. ff. de O. & A. l. 2. l. 3. §. sed si quid accesserit l. 9. vers. ceterum l. 19. §. I. ff. h. t. §. I. Instit. h. t. Treut. disp. 10. h. t. thes. 5. vol. 1. vide disp. Coloniens. disp. 20. thes. 16. Bocer. disp. 13. thes. 11. h. t. c ut quasi mutua & vicaria, ad exemplum directa datur, ut §. tutor 2. l. 3. ff. eod.

VII.

Datur autem Directa ideo, ut gestus sui rationem reddat, & eo nomine condemnetur in id, quod vel non gessit, vel non ut oportuit, gessit.

l. 2. ff. h. t. Vves. parat. h. t. n. 10. l. actio ff. h. t. Borch. Inst. eod.

Contra-

VIII.

Contraria, quam & Prætor gestori dat, ideo competit, ut consequatur id, quod impendit vel amisit ratione gestionis.

d. l. 2. ff. de neg. gest. ubi VVes. n. 11. Borcb. Inst. h. t. & l. sed an ultrò §. 1. ff. de neg. gest.

IX.

Regulariter autem negotiorum gestorem omnem diligentiam si quid culpa levi, non tamen levissima admiserit præstare teneri Imperator affirmat.

l. 1. ff. eod. l. tutori C. eod. l. si mater tua C. de usur.

X.

Hæc de simplici negotiorum gestione: Nunc de administratione tutelæ: quæ non secus tutorem pupillo, ac negotiorum gestio gestorem ad reddendam administrationis suæ gestæ rationem & vice versa pupillum tutori ad impensas, quas fecit necessarias sibi refundendas, obligatos tenet.

§. tutor 2. Inst. d. r. tot. tit. ff. de contr. tutel. & util. act. vide Mynsing. Schneid. & alios plene Inst. h. t. l. si quis absentis ff. de ob. & act. l. ex maleficiis §. tutel. ff. eod.

XI.

Hinc ad instar simplicis negotiorum gestionis actio tutelæ directa oritur: quæ itidem directa a est & contraria: quarum prior pupillo: posterior tutori competit b.

a d. §. tutores Inst. h. t. l. 4. §. tutela ff. de eo, qui pro tutor. vel Curat. negocia gess. b tot. tit. ff. de tutel. & rat. distrab.

XII.

In directa vindicantur, quæ dolo & levi culpa sunt commissa: non tamen quæ levissima.

l. quicquid 7. C. arbitr. tutel. Delrio ad l. contractus de R. I. pag. mibi 214.

XIII.

Sed quid si unus pluresve tutores in rebus pupilli administrandis furtum fecisse comperti fuerint: Num actione l. 12. tab. quæ adversus eos in duplum parata est.

est, omnes in solidum tenebuntur? Et licet unus ex illis
duplum præstare teneatur: nihilo tamen minus & reli-
quos in solidum conveniri posse cum Imperat. conclu-
dimus.

*l. 55. §. 1. ff. de administrat. tutel. Cuius est ratio, quia tuto-
res propter perversam rerum pupillarum administrationem aequè in-
vito domino contractasse quam perfidè egisse censendi sunt.*

XIV.

Tantū de TUTELA. Sequitur tertia species: RERVM
COMMUNIO, Quæ est immixtio quædam in res com-
munes, qua aliis, vel sibi cum aliis res communes admi-
nistrantur, & socius ad impensas in rem communem fa-
ctas, personales præstationes, fructusq; perceptos, vel
pro rata parte vel in totum restituendos gestori obliga-
tur.

*l. 22. §. 4. ff. famil. ercisc. arg. l. 2. ff. communi divid. Althus.
iur. civ. Rom. lib. 1. c. 43.*

XV.

Vnde rursus nascitur actio, partim ex contractu,
partim ex impensis factis in rem communem, Ideoque
mixta in personam, quatenus fructus perceptos, factas
item expensas, cæterasq; respicit personales præstatio-
nes a. In rem, quatenus datur ex causa communionis,
contractu scilicet societatis, emptionis item, Legati,
donationis b.

a *l. 4. §. 3. ff. h. t. §. item si inter Instit. de oblig. quæ ex q.
contr. nasc. VVes. parat. h. t. n. 2. Oldendorp. de act. act. 22. class. 4.
progymnasmat. b l. 2. ff. h. t. Paul. iurecons. l. si quis cum existima-
ret. vers. neq; ff. h. t.*

XVI.

Et quoniam huius communionis duæ constituun-
tur species, quarum una res hereditarias: altera quasvis
alias sub se comprehendit: merito duas inde nasci acti-
ones dicemus: Familiæ erciscundæ & Communi divi-
dendo.

*l. heredes 25. §. 16. ff. famil. ercisc. s. t. ff. & C. famil. ercisc. l.
ult. C. communia divid. Oldendorp. de act. act. 8. cl. 5. VVes. parat. de
famil. ercisc. per tot.*

Com-

XVII.

Communione autem rerum per societatem nec voluntariam induci, patet ex §. item si inter 3. Instit. eod. ubi Borcb. eleganter confer. l. pro socio 38. §. 1. pro socio.

XVIII.

Competit actio communi dividundo pro rerum singularium divisione facienda: aut eorum, quæ in rem communem impensa necessariò sunt.

l. 2. in pr. communi divid. d. §. 3. Inst. ubi Myns. Schneid. n. 1.
et 2. t. t. ff. de comm. divid. d. l. 38. §. 1. pro socio.

XIX.

Actio familiæ erciscundæ duplex est, Directa & utilis; Directa datur heredibus sive testamentariis sive legitimis: Utilis verò bonorum possessoribus: cum de iure civili heredes non censeantur esse.

Myns. h. t. n. 7. §. 3. VVis. par. eod. n. 4.

XX.

Et communi dividundo Iudicium est duplex. Directum vel utile: Illud veris Dominis: hoc (ut Dd. loquuntur) quasi dominis dari putant.

VVesenb. parat. communi divid. n. 3.

XXI.

Non datur prædoni, aut ei, qui vi, clam, precariò, possidet: cum bona fide ad divisionem rei alienæ petendam destituantur.

l. communi dividundo Iud. §. inter prædones ff. commu. divid.

XXII.

Finitur, quando res in communi divid. Iudicium non venit, aut planè communis non est.

l. 1. ff. communi dividund.

XXIII.

Heres nec non hereditatem adeundo, tacitè quodammodo, quasi ex contractu legatariis obligari videtur, recipiendo sc. legatorum in se, ærisq; alieni solutionem.

l. 5. §. heres 4. ff. de O. et A. l. 3. §. si. ff. quib. ex caus. in possess. eat. §. 5. Instit. h. t. ubi Myns. Schneid. n. 3.

Ultima

XXIV.

Ultima species q. contractus, est solutio indebiti, quæ fit, quando quis ignorans non debitum persolvit; quo ipso, qui solvit aliquid gessisse videtur.

§. item is cui Inst. de obl. quæ ex q. contr.

XXV.

Ex qua oritur actio, quæ dicitur conditio Indebiti, personalis a, Civilis b, stricti iuris c: qua actor repetit id, quod indebitè, & per errorem facti, alicui solutum est d.

a *§. omnium act. in pr. & §. appellamus Inst. de act. ubi Balduin. & alii. l. actionum genera 24. §. in personali l. actio in personam 27. ff. de O. & A. l. pecunie 178. §. actionis ff. de V. S. l. his solis 49. h. t. Ves. in parat. n. 10. h. t. b Cuiac. tract. 2. ad Afric. in pr. c ex vulg. Dd. interp. in §. action. Inst. de act. d l. dominus 3. ff. h. t. l. 1. §. 1. l. 19. §. 1. l. 22. 23. §. fin. ff. h. t. §. item is qui Inst. de oblig. quæ ex q. contr. nasc.*

XXVI.

Hinc facilis est collectio, eum, qui sciens solverit, hanc actionem non habere a, cum hæc huius actionis natura sit, ut ignorans quis solverit, qui isthac experiri velit b.

a l. 5 3. ff. de R. I. §. ex quibusdam Inst. h. t. Myns. n. 2. h. t. b l. quod indebitum 7. l. qui exceptionem 40. ff. de condict. indeb. l. si per errorem ff. de iurisd. l. si is cum quo & l. cum is qui 32. §. 2. ff. de condict. indeb. l. creditor 102. §. 3. ff. de solut. & libera. l. quod quis sciens 50. ff. h. t.

XXVII.

Coronidis loco non incommode quæri potest: Dubus solventibus utri detur conditio? Et sic statuendum putamus: simul si solvant indebitè: unumquemq; pro rata ad petitionem admittendum; Si verò diversis solvissèt temporib. ultimo repetitionem esse concedendam. l. si pæna 19. §. si. l. si reus 20. l. cum duo 25. l. Stichus ult. §. Titius ff. condict. indeb.

F I N I S.



99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







32

DISPUTATIO XI.

Libri III. Institution.

DE OBLIGATI-
ONIBVS, QVÆ EX
Q. CONTRACTV
NASCVNTVR.

Q V A M

DIVINI NVMINIS AVSPICIO

PRÆSIDENTE

Nobilissimo, Excellentissimo viro

D. ARNOLDO DE REYGER

ICto PRAESTANTISSIMO, P. FF. P.

in celeberrima Salanâ Academia dignissimo,
præceptore omni observantiâ co-
lendo,

*Exercitii gratia proponit, proq̄ ingenii vili-
tate propugnare studebit hora lo-
coq̄ solitis*

Ad diem 12. Aprilis

IOANNES PAVLVS ROTH.

I E N A E

Ex typographéo Tobiaë Steinmanni.

Anno c1o 1o XCV.